

S. **U**illermo de Estrouteulla. Episcopo Ostien. Car. Rotho. Camerario. D.
N. Pape Dignissimo. dño suo precipuo. **O**luerius Seruus Tholenti-
 nas. S. P. D. Cum magnorum viroꝝ iudicio p̄cellentissime dñe de sin-
 gulari ingenio doctrinaq; Reuerēdissimi p̄is Ambrosij Eborolani. Theo-
 logi Clarissimi ac vniuersi ordinis fratrum Heremitar̄ Sancti Augustini prioris Be-
 neralis magna vndiq; predicatio esset. Diligenti cura perquisiui. vt ex multis eius mo-
 nimentis aliquod imprimendum darem. allatum est volumen vbi vita. doctorum p̄in-
 cipis Aurelij Augustini describitur. simul et obseruatio vite apostolice. in tribus editio-
 nibus ab ipso Augustino posteris relicta. quarum duas post annū a sacri ⁊ perhennis
 fontis lauacro. in monte Pisano nondum clericus. Tertiam h̄o in Aphaica apud ypo-
 nem ciuitatem factus p̄sul composuit. quibus idem pater Ambrosius tres orationes
 in laudem ipsius doctoris. coram diuersis Pont. hitas adiecit. Opus sane eruditum ⁊
 castigatum sepius perlegi. vnde cum vberimi fructus percipiuntur. opere precium esse
 duxi. palam ⁊ vbiq; cōmunicandum fore. Magna enim vtilitas sup̄p̄iri nō debet. Et
 h̄o si qua lectio religiosis ac deuotis vris prodesse poterit. ea profecto erit. tum dicendi
 quodam leni. familiari ⁊ iuxta subiectam materiam eloquenti stilo. tum rerum necessa-
 riarum noticiis. ⁊ vtriusq; p̄sertim. philosophie ac diuinarum litterarum optimis do-
 cumentis. non enim quempiam fugit apud Eelsitudinem tuā iam dudum huius alū-
 ni ⁊ creature tue claruisse doctrinam. cui non ipse tm̄. sed totus sacer augustianus ordo
 velut alteri parenti per cuncta secula debet. Et quidem apud omnes q̄ qui scripsit toto
 animo tibi deuctus est. Et vna cum ceteris eius fratribus. nutu pender tuo. Idcirco
 cum tanto munere. D. tua digniorem intelligam neminē. obsecro ⁊ obtestor vt inter in-
 numera alia beneficia. quibus quotidie sub ea viuentes impart̄. opus hoc virtuti ⁊ di-
 gnitati tue dedicatum. gratum suscipias. vt non modo corporeoꝝ edificioꝝ instau-
 rator. fundator ac protector. sed etiam ipsius animoꝝ perpetuus atq; acerrimus cri-
 stas defensor. Vale.